



26270. 26271



777

~~673~~
~~718~~
Rhe



43n75

LAVRENTALIA
RIGENSIA



seu

PLAVVS LVTHE-

RANORVM.

~~Historiarum S. Laurentii Letanorum~~

cum

LAVRENTIVS BODOCKERVS
APOSTATA

Veritatem Orthodoxam Catholi-
cam Romanam, & Virtutem.

R I G Æ

eiuraret,

A CATHOLICIS.

explicatus.



Anno Domini 1638.



886/
16




Argumentum operis.

L Aurentius Ignatius Bonaventura Bodöckerus aliquamdiu in Cœnobio Religiosus, à Catholicæ Ecclesia profugit ad Sectam Lutheranam. Gedanum excepit imprimis Apostamat hospitio, Riga deinde domicilio. Ibi Samsonij Ministri Rigen sis operâ aut cohortatione Orationem Reuocatoriam (postea autem etiam alteram de Antichristo) conscripsit, in qua multis nugatorijs argumentis probat Atheismum & Improbabilitatem à se apud Catholicos relietam. Impressa est Rigæ Anno Domini 1637. Ut illi Ministrorum chorus plauderet, Poëta Islebiensis suscepit hanc prouinciam; & quia nullas virtutes in Apostata videbat, quas laudaret, in nominibus luit. Et Bonaventuram quidem in duas voces discerpit; Ignatum autem tur-

pi contumeliam distinxit, Laurentium
verd in duo lepida fregit anagramma-
ta. Totum hoc negotium Anonymus
explicat accitis ad colloquium Catholicis
viris Euphrasto & Calliroo, docetque
Bodöckerum fugā suā quæsiuisse Atheis-
mum & Improbitatem, & apud Lu-
theranos reperiisse. Explicat deinde ra-
tionem omnēs, quā à nominibus suis per
anagrammata versusq; descivit. LAU-
RENT ALIA opus est inscriptum,
tum quod solenni Reuocatoriæ Ora-
tionis plausu Laurentius Bodöcke-
rus Sectam Lutheranam occupauerit,
tum quod tota solennis Ministrorum

Rigensum festiuitas in solo
Laurentij nomine
triumphauerit.



Oua-

Vales iterum ex insania tri-
umphos Hæresis colligat, di-
cam. Tacuistem, nisi bis iam
lepidissimis fidem meam ini-
uitasset mendacijs, vt veritatis inge-
nio totam explicarem lætitiam. Ex-
hilaratum se diceret nostro mœrore
iste Plausus, si Catholicum in ludicro
hoc risum non audiret. Quis prohi-
bet stultam festiuitatem accipere in
cachinnos? Nondum hanc liberta-
tem amisi. Licit semperque licebit
profanas æmulationes, quas alij bel-
lo conuicerunt, lusu iam reiçere.
Irasci certè non potui. In consulta
visa fuit indignatio, seria contra ri-
diculum parare arma. Amentem ho-
stem contemptu oppugnare, com-
pendium est victoriæ. Neque idcir-
co amænus noster cum Hæresi con-
gressus vacuus virium, erit. Quid-
quid illa argumentorum ac calum-
niarum contra verā Ecclesiam, eius-
quæ fidos custodes produxit, hâc ar-
te corruet. Et terra nonnemini vi-
sa est montes ac vrbes velut per læ-
titiam splene cōploso agitasse, cùm
euarteret. Qui nubium fragorem

A 3

dixere

Inten-
tum
Auditio-
ris.

dixere subsilientis esse Iouis cachinationem, ex fulminibus didicerunt fuisse tonitrua. Hoc mihi telū porrexit occasio, quæ imbellem & vetustis certantem floccis Hostem, iocis sterni posse docet. Quid à me expectant, ut quæ pridem Maiores nostri serio certamine debellauerunt, iterum superfluo labore damnem? Nihil recens in hoc spectaculum datum est; ne vetera quidem in oppositum de industria reponam. Alibi legant, si sapiunt, refutatas suorum figuratorum insanias. Mihi satis erit diuinæ potestatis ac felicitatis imitatio, *in interitu hostium risisse*. Petulantiam ab hac voce timent? Absoluit illos modestia mea hoc periculo. Ad calumnias sterili sum ingenio. Leporem totum sumam ex Plausu Rigeni, quem legi. Datus est idcirco in lucem, ut in obscuritatem suam eliceret commentarium. Magnus mihi

1. adu. Valent. c. 6. Tertullianus præluxit, qui Valentianorum nugas in facetum styli acumen suscepit, ut fortius reuinceret. Verba illius meam faciunt propositionem. Ostendam, sed non imprimentam

mam vulnera. Si ridebitur alicubi, materijs ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Congruit & veritati ridere, quia lætans: de æmulis suis ludere, quia secura est. Iam disseram. impendi mihi volo tantillum temporis lucrum, ut rei totius expositione nouæ hilaritati operer.

Nox an dies fuerit, nondum constat, cum Laurentio Bodöckero licentia commodam ostendit horam, ut se Ordini Sancto & Catholicæ Ecclesiæ suraretur. Illi se subducere non posse putabat, utrique professione sanctioris vitæ alligatus, nisi istam desereret. Non multis se exercuerat initio cogitationibus, in quæ damna peruenturus esset. Satis erat ad nequitiae propositum, virtutis officinæ excessisse. Cætera tempori commisit tamdiu, donec hebetatis conscientię stimulis se extra sensum poneret. Et verò sensim obstupuit assuetudine vitiorum religionis gustus, nataque est præceps illa pereundi voluntas, quæ ut in omnes casus fortis est, ita vigil in-

Bodöckerus fugit ex Religione.

*Vi-
pius es-
set.* scelera. Iam cœperat non respecta-
re ad vincula pietatis, nullà præte-
ritæ vitæ curâ tangi, nullà præsen-
tis verecundiâ erubescere. Si quæ
identidem acies ex imo animi fun-
do erupit, vt arcana persuasione in
primæ fortis memoriam vrgereret,
eam pertinaciâ obtundebat. Et quò
me, inquit, reducis, ô Numen, quod
cunque illud es, quod adhuc à lon-
gè audio. Importunâ mihi garris
pietate. Semel euasi, nemo meam
deinceps libertatem, quam tanto
audaciæ sumptu & salutis iacturâ pa-
raui, interuerteret. Frustra hæc occi-
nebantur, vbi potui negligere: hic
præterea contemnere licet. Nec mo-
nitorem, nec socium meæ fugæ te
esse volo. Plura tecum expauesco.
Si permiseris abire solum, molestam
timorum exiui frequentiam. Sub
hæc sui prodigus, & ferocioribus se-
oculis toruè circumspectans, stu-
porem aliquamdiu in vestibus te-
nuit, donec furore aduersus pietati-
tem instaurato, Abite, inquit, ve-
tera seruiliis fortunæ vestigia, quæ
moestas adhuc cogitationes residuo
hoc

hoc calore fouetis. Abi torte in cō-
scientiæ pœnam funis, non reditu-
re amplius, nisi cum desperatio in
obnoxiam ceruicem reuocauerit,
aut Lictor merenti, quod non va-
nè ominor, iniecerit. Abi cuculla,
sensuum carcer. Culeo citius insui
merebitur hoc caput, quam vt in
captiuitatem istam sponte redeat.
Cum his exuuijs iacete Vota, ve-
stium harum vincula, non hominis.
Præstat his compedibus solutum
expedito cursu in vicia ferri, quam
sub ligamentis furtim reptare per
scelera, aut in odio virtutum iace-
re otiosè. Tum simul, ne deposito
sacro amictu totus profanus appare-
ret, & licentiam peccandi videtur
consilio quærere, sub scenam
pietatis secessit, & vestem Sacerdo-
talem iniecit corpori. Melioris in-
teriori vitæ fideiq; studio discessum
mentiri: fraudare improbitatis pro-
positum modestiâ: totum se in Eu-
angelij verba projcere, & per hæc
honestatis simulachra bonæ opinio-
ni viam sternere. Restabat delibe-
ratio primaria, ad cuius Sectæ ritus

*Disci-
plic-
ent il-
li Ana-
bapti-
sta.*

*Et Cal-
vinista.*

suam formaret sententiam. Et à Iudæis quidem & Scythis primo cogitationis impetu resiliunt, quod preputio ac impurissimæ suæ integritati timeret. Cæteras viuendi formas, quas frequentes Apostatae turpi accessu nobilitauerunt, aliquamdiu sub aspectu habuit: sed maluit eas suâ necessitate, quam ipsarum merito æstimare. Anabaptistæ in asylum non placebant, quod apud se tantum constantiæ non inueniret, ut in exteriori virtutum simulazione industriam atque ætatem consumere posset. Timebat, ne si ex genio sectæ huius vitam regere vellet, hypocrisim pro vinculis induret. Turbidas sciebat cupiditates erupturas aliquando in publicum, & fese in lucem vindicaturas, quas Anabaptistæ nō nisi priuato dignantur spectaculo & tenebrarum conscientiâ. Plus apud Calvinistas insuorum conatuum vtilitatem videbat. Displicebat tamen, quod imaginarium corpus diuinum ingenti fidei anhelitu de cœlo sorbeant: ratus magis sibi expedire, si alicubi eius-

*Luthe-
rana se
cta illi
placuit,
propter
Atheis-
mum.*

eiusmodi extarent mysteria, quæ paterentur Cererem *impanatione* imprægnari. Illud quoque sentire non poterat, auctorem in cœlo peccatorum dari. Insolentis, non verecundi animi hæc deuotio erat. Volutatem enim sibi eripi existimabat, si altiori opifici copia tantorū operum imputaretur, ad quæ patranda se impedimentis omnibus exuerat. Adhuc longiore per cæteras Hæreses consultatione se fatigasset, nisi in Lutheri Codices incidisset, qui docent, in suâ opinione haberí, quidquid animi scrupulos lauigare solet. Meminerit enim sanè supremi Numinis ac virtutum, ita hoc caute agit, ut videatur vtriusque commendatione *Atheismo* & *Improbabilitati* speciem, quæsiuisse. Qui enim ex illius credulitate vitâ instituit, ille nequaquam ad vtriusque memoriam sincerè connuebit. Metunè aut reuerentiâ Deum respiciat, quem inter sola confessionis verba admittit, cæterum à potestate, officio, & naturâ diuinitatis dimouit? Certe penes nomen solum ma-

Vnde cognoscitur atheismus in Lutheri scriptis?

manet tanta maiestas, quando impie asseritur leges ab eo latas, quas neque vires ferre humanæ, neque diuina auxilia ponere in effectu possunt. Quamvis autem cœlum suis Lutherus promittat, hoc tamen præmium nullâ operum bonorum serie iuuari, nullâ malorum farragine impediri voluit. Persuasione quādam ac fide omnia obtineri, elui omnia. Nihil emendatorio igne opus esse in supplicia, nihil lachrymis ad munditiem. Atque ita æternas flamas ad inanem videtur solummodo terrorem reliquise ut esset, non tam quod ad nutus coelestes necessariam componeret licentiam, quam quod publicam ciuillemque insaniam moraretur opinione. Nam ut ad veram formidinem perueniat existimata peccandi necessitas, impotens piè operandi animus, notitia defuturæ sanctis actionibus remunerationis, nemo prudens dixerit. Neque ipsi excusabunt Lutherani occultam hærere in suis dogmatis hanc impietatem, si præterea aduertant, recisa à se venera-

nerationis vincula, quæ naturæ instinctus à primordio Orbis adstrinxerat. Necesse est negent in cœlis esse Mentem supremā, rerum omniū moderatricem, qui ei sacrificiū hâc estate exhiberi non posse, aut non debere proclamat: quod vtique est sanctissimum subiectionis testimoniū, ratione communi hominibus persuasum. Sed insuper eò progressa est praua sedulitas, vt emacularent omnia in terris diuinitatis vestigia, & coelestis regiminis imitationem. Nullum caput summum nosse, quod membris in terra præsit; nullum fidelium cœtum, qui sit aspectabilis; immunitatē errorum in Ecclesia nullam asserere, inter arcana fidei est. Manifeste satis altissimam potestatem abiiciunt, qui in hoc sententiarum æstu temere cœlum intuentur. Ita nempe ingeniosa calliditas hæresim in eum statum erexit, vt inter verborum pietatem semper per fidei articulos Deus ac Deus *Haretus* Virtus excludatur. Habent interea corum apud se Spiritum priuatum, inclusum spiri- corum pectoribus idolum, ventriloquum spiritus pri- Phœ- uatus.

Phœbum, cuius muto iudicio causas componunt. Ater an albus sit, ne ipsi quidem legitimâ quæstione vestigant. Intentos in arcana ipsius garrulitatem nouitas abripuit penitus, vt tabulis diuinis præferant, quidquid recentis ambitionis superbia inuenit. Fit igitur, vt in sacras literas spongia & calamo grassentur, tantâ secreti Numinis fiduciâ: inter spurious fœtus veniant scripta, quorum veritati sœcula plauferunt: mendacia ab inepta verborum contumelia, velut à Sibyllæ folijs, in auctoritatem adoptentur. Huius Deastri oracula sunt; à Sacramento, quo pudicitiam Deo aut Coniugi obligaueris, ad illicitum torum exerrare: sacerdotia ex vtero parentū in omnes vtriusque sexus cunas propagata credere: certissimam salutis viam fide per impijissima opera decurrere. Non dubitauit Bodöckerus ab his sanctis lætitiam animi inter vitia prouenire: nec aliud quidquam tremendę eternitatis memoria effici, quam sonum, quem dogmatum inspectio in ipsis auribus feci

securè opprimit. Ne autem ambi-
geret, commodè profuit Andr: Mu-
sculus a, & Spängenbergius.
querela est. *Eò nostra Lutheranorum*
res rediit, ut si quis videre cupiat ma-
gnam turbam nebulonum, atheorum, u-
jurariorum, & deceptorum, ei adeunda
sit ciuitas aliqua, in qua Euangeliū
prædicatur: ibi cateruatum id genus ho-
minum inueniet. Huius vero de Lu-
theri vaticinijs testimonium est, post ipſi Lu-
reuelatum ab ipso Euangeliū & reie-
ctum Pontificatum, homines euasuros ad-
ed feros, ut deinceps nolint Deum agno-
scere, nec ullam illius rationem habere,
sed quemuis iuxta suam voluntatē factu-
rum, quidquid Diabolus & Caro suaferit;
quod tempus (addit Spängenbergius) verax
iam videmus impletum. Postquam enim narra-
per Lutherum Pontificia religio exter-
minata est, incipiunt iam homines nihil neficio-
credere: & postquam à vinculis Papa-
tus se liberos esse vident, volunt etiam Luthe-
esse liberi & soluti ab Euangeliō & pra-
ceptis Dei: & volunt, ut deinceps re-
ctum & iustum sit, quidquid unicuique
visum fuerit. Nihil in huius oraculi
recitatione ausus reprehendere Bo-
döcke-

a
l. de pro
b Illius p̄het.
c Christi.
d Atheis-
mū &
e Impro-
bitatē
f agno-
gno-
scunt
g therani
h apud se
latere.
i b
l. qui
inscri-
tur.
m verax
n rū per
o Luthe-
rū, &c.

döckerus, quām quōd non expref-
serit euentū præfigij adhuc in ipsius
veracis, si Dijs placet, Vatis Luthe-
ri ætatem notitiamq; incidiſſe. Non
enim tacuit ipſe ſuæ fidei exordia
ad hanc prædictionem disposita. In
Narrat
er. 1.
Corint:
fol. 6.15
161. &c.
cam, inquit, opinionem. & Nobiles
venerunt & Rustici, ut thrasonice iaēta-
re audeant, ſibi nullius prædicationis o-
perā opus eſſe; velint q̄ multo libentius
verbo Dei in toto liberari, ne obolo qui-
dem omnes prædicationes ementes. Hoc
illis vitio vertendum non eſt, cum fu-
turæ vita rationem habeant nullam: ſed
ſicut credunt, & viuunt. Sunt & manēt
ſues; credunt ſicut ſues, & ſicut ſues
moriuntur. Non ſatis initio didice-
rat Bodöckerus tam delicati fælici-
tatem luti, in quod ſuos aſſeclas du-
cit Lutherus, ut in eo porci eſſe
malint, quām homines. At enim
lætiſſimo riſu ilia concuſſit, exili-
jtque alacer, poſtquam *Mus Rotero-*
damus pleniore interpretatione dif-
ficultatem erosit, explicuitque, in
quam mollem lacunæ iſtius turpi-
tudo voluptatem pateret. Quos an-
tea, inquit, noueram puros, candidos &
ſuo

Epift.
ad Fra-
tres in-
ſerior:
Germ:

fuci ignaros, eosdem vidi, ubi ſe ſectæ
dediſſent, loqui cæpiffe de puellis, luſiſſe
aleam, abieciſſe preces, factos ad rem at-
tentiſſimos, impatientiſſimos, omnis iniu-
riæ vindices, vanos, viperiniſ moribus,
ac prorsus hominem exuiſſe. Se quoque
imagine hāc cōprehensum agnouit
Bodöckerus; quanquam adhuc deli-
beratione ſolā inter Lutheranos eſ-
ſet. Ut autem penitus ſe in censum
referret, resque ea notitiam pluriū
ac laudationem haberet, inſtantum
ſibi eſſe decreuit. Placebat ei Luther-
ana Mephitis, que homines exuit, &
cœlo refixos infigit cœno, ut porci-
nā ſagacitate ſalutem in libidinibus
quærant. Cupiditati iſti etiam terri-
bilis Lernæus lacus fuifſet iucundif-
ſimus, modò Sirenes ad luſum pro-
ferret. Nulla stagna pestiferis crede-
ret odoribus corrupta, quibus læta
mulierum pulchritudo innataret. Et
erat hæc prima virtus ad maiestatem
Lutheri expressa, cui fæculenta Styx
in eternum placuit hospitium, ſi Dæ-
mones ſupplicia puellari formoſita-
te commendarent, & inter flamas
amabilis Lemurum petulatia ex in-
B
ter-

Descri-
uit ad
Luthe-
ranos
propter
Impro-
bitatis
liber-
tatem.

In Prus-
sia pri-
mū
vaga-
batur.

Appa-
barunt
Luthe-
rani fu-
gā Bo-
döckeri.

teruallo occurreret. Ne igitur deli-
catæ fidei pruritū morā extenuaret,
& longis desiderijs affligeret credē-
di libidinem, eiecit se continuo in
Prussiam. Ibi paupertatis suæ exilijs
quæ patientiâ per lucra peregrina-
tus, extorquebat opes, quæ copioso
tinnitu Venerem in thalamū posteā
pellicerent. Quis satis exposuerit,
quot tunc blasphemis miser Apo-
stata emerit cōmiserationem! quot
mendacijs spuriæ fœcunditatis ex-
pectationi quæsiuerit diuitias! quan-
tis querelis conciones turbauerit, vt
manus opulentorum ad munificen-
tiā prosterneret! Solenne fuit vbi-
quæ fateri secretos suos ad Lutherū
impulsus: iactare doctrinam in tam
graui consilio diu positam: æstimati-
onem suæ conditionis, si porrò for-
tunæ indulsisset, clamare. Dum in
cōmuni argumento non minus for-
titer, quam auarè laboraret, quanquā
agnosceret sagax auditor, quanto la-
trocinio quereret licentię, non con-
scientiæ securitatem, gaudebat ta-
men in eum abusum Pontificijs pla-
cuisse. Nihil interesse, quæ mente

qu

quisue augeret numerum & vires.
Bene consuli ciuitati, quæ hostium
aut exulum fugam, vtcung; nequitia
excellunt, in exemplum rudium ac-
cipit. Asylo Apostatarum initianou-
Euangelij surrexisse, & deinceps
propagari. Ne Romæ quidem pasto-
ritiū populū in Orbis imperio fu-
turum fuisse, nisi perfugio improbo-
rū patuissent Vrbis exordia. Catho-
licis ab hoc nuncio altior saniorque
sensus erat. quidam dolere consilia
iuratæ religionis tam ferociter ceci-
disse, vt timeri possit in multis potes
ad spontaneam ruinam illecebra. A-
lij ex defectione nihil triste aut con-
tagiosum ominari, quod iam ante
deprehensum sit, rupto apostemate
sana non diffluere. Plerisque animo-
fioribus casus hic in gratulationem
venit; esse locum, in quem desperati
mali atrocitas putrem faniem exo-
nerat. Eiecta in hæreses lue, & velut
per canales in Tartara egesto mor-
bo, floridam Ecclesiæ incolumitatē
restare. Quò porrò Bodöckerus suæ
contumacis malitiæ pestem deriu-
ret, nisi ad Lutheranorum lacunam,

B 2

quo-

Sensu
Catho-
licorū
defuga
Bodöc-
keri.

95756

Epist. quorum dogma (vt ait Beza) tam sanè est
Theol. absurdum, ineptum, & cùsator, vt verè
70. pag. possim illud vocare Satanæ excrementum
297. In quas cloacas maturum perfidiæ e-
rumperet virus, nisi quas per Europe
angulos in eum vsum Lutherus di-
posuit? Erat proinde nonnemo, qui
fugientem in commune sordidorum
regnum Bodöckerum carmine hoc
infecutus est.

Dire in
Aposto-
tam.

Perire queris? non tibi perfidis
Irata nautis imprecor æqua:
Non ominoso mugientes
Turbine fulminibusq; in iustum
Designo nubes. quæ sceleri diem
Hucusq; donant, funere pollui
Timent; timent baurire tantam
Supplicij elementa pestem.
Nec sic inultus progrederis. Metus
Vbiq; tristi te sequitur gradu,
Curæq; & insani Labores,
Et Rabies Furiarum acuta.
Quâ sede ponent? iam, video, Hæresis
Latè reuulso dissilijt sinu,
Pœnisq; funestaq; morti
Dedecores patuere hiatus.
Huc transfagarum prodiga mentium
Fundit pudendo se vomitu Lues,

Sor-

Sordesq; mundi, & eieratis
Luxurias comitata Votis.
Heu quot reductis ingenia hic bibunt
Fæcem cucullis! quot Cyprius necat
Squalor pudores! huc proterua
Exspuit immodico LV THERU
Venus tumultu, & quidquid apertius
In castat Orbem, iungere perfidis
Ferae portentum. frementem
Tutius inde Acheronta vises.

Exhaustis in Prussia miserrimis pre-
cibus, quanquam non modico iam
intumuissent ære loculi, calamitatē
suam in Liuoniam simili vultu ac de-
siderio extulit. Riga vrbs locuples genses.
Ex Prus-
sia fugit
in Liuo-
niam
ad Ri-
genses.

placuit in questum & nundinas. Multi
tilla illi erant in hunc finem mendacia,
quibus fugam fidemq; venderet: sed
acida plerumque, & nequitijs impar
oratio querulam destituebat audaciā.
Verebantur igitur plerique,
ne mercibus suæ perfidiæ in pretiū
extrusis, ipse ab hasta abiret non
venalis, & post Liuoniam quæren-
dus esset aliis errori locus. Id ne ac-
cideret, inuentus est in Gymnasio,
qui homini ad periodorū leges pa-
rum assueto suum commodauit tor-
num,

B 3

Samsonium
Ministrum
nactus
est fau-
torem.

num, ut per lætiores blasphemias volueret in animos dictionem. Non leuis est coniectura, si prælusionis stylum, pridemq; vulgatas chartas consulas, nescio quem Samsonem se in hac laboriosa voluptate eneruasse. Est certè dicentis ea mollities, ut videatur attonsis sparsim crinibus impexa, & velut sine calamistris languida è sinu Dalilæ inter funes diffluxisse. Et verò huiusmodi est cæci istius Gigantis ingenium, ut ipse te nebris implicatus, clumbisque, alienam tamen molam versare, & in circulo ostentare vertiginem audeat. Orbitas hæc lucis ingenijque in causa fuit, cur nemo hucusque Latinum stylum strinxerit, quo oculos impudentissimi rabulæ configeret. Quid enim ab eo prodiit, quod non pridem eruditè confossum protritumq; sit? Et tamen insuper adhuc supereft, vt si crebrius fidei suæ columnas agitatione verborum concusserit, suorum se ruinâ dogmatum sepeliat. Sed non vrgebo prudentem coniecturam. Facile patiar me adduci, ut præter os inuerecum,

dum, habeat quoque infame cerebrum Bodöckerus in *Reuocatoria oratione*. adeò nihil est supra illum, quod molestè negem. Postquam Romanus esse ciuis defit, an satis Romanè suam barbariem locutus sit, alijs permitto. Prouincia hæc sit illius malevolentiaz, quæ innoxie rebus inferna, loquacitati irascitur. Me ad maledictorum impatientiam non trahet etiā medioeris eloquentiaz festiuitas, quam amare didici in Ethnicis, in Hæretico ambiguae non persequar. Tuis laudatoribus iram hanc seruo Bodöckere. Tecum autem cauta me commisit, non verba. Num paterer immitem argumenti tui triumphare insaniam, quo in Lutheranæ fœtæ malitiam. Falsò Catholicos vocas? An quoniam veritate exilium tuum ornari nequibat, fas fuit tam audaci mendacio sua ora accusare veritatem? Hoc fuit detractione, mun singulare vindictæ acumen, afferere relicta à te apud nos fidei daliens, quæ impudenter alibi quæsiuisti. Non poterat te sacris Ecclesiæ veræ adjitis effugare impietas, nisi

Male
itat
s. Pa.
res.

attritā fronte in primam impinge-
res calumniam , & dentes infami-
lapsū durares ad contumeliosiorem
morsum. Quis tibi fascino aut præ-
stigijs illusit , vt inter tot sanctissi-
mas leges cultoresq; legum; in tan-
to Diuorum , quos sanctè colimus
comitatu; per tot venerationis ve-
lut specula , Deum vnum & Tri-
num agnoscere non potueris ? O
miserum , qui lucem dicam, an potius
tenebras ? ad hesternas tantum
habes nouitates , neque obtusâ acie
perrumpere vales per tot sèculorù
successiones ad diuinam atque A-
postolicam institutionem. Aliquando
quidem te præceps illustratio ad
Augustinum, Ambrosium, Nazian-
zenum , cæterosque veteres Patres
ducit , sed tam obscurè , vt nisi dis-
simulares , à Stygijs flammis prodijs-
se fatereris. Non enim tibi ostendit
receptam ab illis religiosam tradi-
tionum antiquitatem , commendata
Cœlitum honorem, supremam
in Ecclesia auctoritatem Capitis æ-
stimatam: quarum rerum ignoran-
tiā aut contemptu deliras. Solas ex-
hibet

hibet verborum laciniās à præmisso
consequenteque sensu prærosas, aut
assumenta in dubijs interpretatio-
nes pendentia, vt ex depravatis aut
malè intellectis centonibus *Atheismum*,
confingeres. Nam si integræ
sententiæ in tuis partibus fuissent ,
corrupta ad militiam fragmenta nō
inuocasses. Violasti itaque hanc ludi-
ficatione Sanctissimorum Auctorum
innocentiam, quorum non conten-
tuſ veritatem in fallacias discerpe-
re, insuper in infelicem tuorum fla-
gitiorum umbram deformasti. Er-
ras, si existimas aliquid ab illis in-
tua figmenta prouenire iudicij, aut
sanitatis in insanias. Quæcunque tu
ludibria mutilatis fulcis testimentijs,
ruunt integro opere concussa. Ad-
uoca quidquid præcessit aut sequi-
tur: pleno examine discute singu-
la: perplexa certis explana; non in-
uenies profectò scrobes, quibus nos
immergas, aut tuos dolos infodias.
Et hoc quoque grande lippitudinis
tuæ est indicium, quod splendorum
discrimina sustinere nequeas, quan-
tumuis supercilium superbè attol-
Causa
tantorū
errorū
est Bo-
döckeri
cæcitas.

Falsd
Catho-
licis af-
singit
vniuer-
salem
Impro-
bitate.

las. Repercussi in Diuos radij nescio-
quem tibi depositum de cœlo So-
lem ludunt. Si imago occurrat iride
caput ambiente cultuque debito
splendescens, vociferaris immensus
illud infinitumque diuinitatis iubar
sacrilegè in tabula confesuisse. Si
lampas occurrat cœlestis lumiinis in
terrâ vicaria (summū intelligo Pon-
tificem,) mox Solis effigiem pro æ-
terno Sole capis, & alienos creatu-
ræ fulgores cum lucidissimo Creato-
re confundis. Adeò pessima est ne-
cessitate sequi iudicia, dum propria æ-
gritudo nescitur, & visus infirmi vi-
tia rebus imputantur. Quis autem
ferat execrandā illam garrulitatem,
quà Improbabilitatem præterea velut
quoddam Numen in Catholica Ec-
clesia collocauisti? Crede mihi, ni-
hil vltra verba sœuis? Totius Saty-
ræ asperitas inter mendacia, impe-
ritasque rationes seipsum consumit.
Nisi detestanda intemperies mentis
tuæ statum turbasset, virtutum no-
mina scelerum officijs non dona-
ses. Ut igitur singula refellam, non
mereris. Olim istam vicerum tabem

Chi-

Chirurgus Rigensis eruditō libro
disputulit. Et potuisset pridem Sam-
sonius tecum sanari, nisi inphrene-
sus sponte conspirassetis. Non tan-
ti hanc scabiem, vtcunque conta-
giofa est, facio, vt eam Latinè ad
voluptatem infamiæ fricem. Verna-
culo iam instrumento satis agitata
est; & tonstrina deposituit, quidquid
è cathedra nocebat. Agnosco quin
etiam Bodöckere, te ad hoc impie-
tatis commentum necessitate venisse.
Non fecisses Lutherum Beatum,
& nouum Ecclesiæ Phosphorum, nisi no-
stras virtutes splendoresque abscondissem-
s: immò nisi improbitatem illius
tuæ approbasses. Illenè Beatus,
in cuius libris singulas ferè paginas
Cloacina, Venus, Sterculius occu-
pauit; Numina, quibus ebrio ore &
calamo verbum purum putens litauit?
Ille Phosphorus, qui vitus est Diabol-
um tenebrarum Principem, humeris
baiulasse? Nouus Atlas, cui sulphureis
stellatus tædis Orcus incubuit.
Vide ne iniuriam feceris illi, qui no-
cturnâ disputatione Lutherum, ex-
cœcauitnè dicam, ne amplius veri-
tatem

Refutat
a sunt
nugae
Samso-
ny Ger
mano-
ce.

tatem videret? an illustrauit, vt omnes fidei vestræ articulos ostenderet? Ille ergo potius, utpote Lutheri Magister, inter vos fuit primus *Verbi diuini Minister*, ille primus *Ecclesiarum in Germania Reformator*, ille primus in *Saxoniam missus Apostolus*: ille, vt tuis verbis sensuque loquar, primus audaciâ nefariæ prædicatio-
nis *Beatus*, & de tenebris suis Auer-
nalibus exortus *nous Phosphorus*. Sed
vide, quām tecum benignè agam.
Concedo Discipulum auscultatione
diligenti ad hos quoque titulos per-
uenisse: sed hāc ratione iam tu quo-
que tanta vocabula mereris. Tam
fortiter tu quoque fugā in perfidiæ
ingenium transiusti: tam audacter
in thalamum pudorisq; profligatio-
nem pendes? æquè insani scelerum
exercitijs honestatem proiecisti. Iam
percrebuit tanta à te flagitiorum
monstra in lucem data, vt, nisi Ri-
gensem Senatum lachrymis placas-
ses, pridem te ad furcam virgis il-
luminatum audiuissemus. Verū
inueterata tua nequitia daturum te
adhuc spondet plura horridæ istius

sancitatis exempla, effecturumque,
nisi Magistratus tecum dissimulet,
vt extra urbis pomœria Phosphorus
appareas.

Plura mihi in hostem tela porri-
gebat adhuc dicendi fero, cùm
inter ingentes plebis cachinnos, ne-
scio quis, (*Euphrastum* fuisse poste-
didici) *Laurum* agitauit. Ex succus-
sione vehementi afflauit me ventus,
cuius frigore calidus animi impetus
intepuit. Successit desiderium no-
scendi, quale portentum diffusis la-
teribus, laxisque vulgi buccis concu-
teretur. Intellexi *Laurum* fuisse *Ana-*
plausit
grammaticam, quam *Poëta Islebiensis Bodoc-*
triumphant de eiurata veritate *Lau-*
rentio Bodockero informem erexe-
rat. Nam cùm totum *BODOCKE-*
RVM dissipasset seorsim in literas,
& nihil honestum ex translatis com-
mutatisque exprimi posset, coactus
est ad *LAVRENTIVM* transferre
indaginem? Prodiit statim non se-
mel inter puerorum manus natum
εναγραφη. IN TE LAVRVS. Ra-
puit hoc celebre nominis arcanum
ieiunus Poëta, & sex similitudinibus
ad

Isle-
biensis
Poëta
ana-
gram-
mate
Bodoc-
kero.

*sex si-
miliu-
dinibus
compa-
rauit
Poëta
Bodöc-
kerum
Lauro.*

*Inse-
ruit ex-
traor-
dina-
riam si-
miliu-
dinem.*

ad LAVRVM alligauit Bodöckerum, sed tam debili filo, vt vix hæreret: tam infeliciter, vt viridis arbor horrore noui monstri aresceret. Nec dubium est laboraturam fuisse frondium verecundiam, vt aut honestà in sublime fugâ enorme pondus desereret, aut tristi inclinatio ne infra suam humilitatem abijceret, nisi gallus succinctus lumbos formidandam ipsiis quoque leonibus audaciam in præsidium adhibuisset. Ille infra lauri truncum à Poëta depositus voce enormi frondes in alto retinet, ne lassatas onere ac pudore vires in lapsum submittant. Dabo ipsius eâ de re satis plumatos versus, dignosque gallinarum modulatōne repeti.

--- Nam veluti gallus sub stipite lauri
Incolmis solem crispata voce salutat,
Nec timet insultus avium sonitusq; mar-
tarum:
Sic tu, LAVENTI, donec te Ri-
ga Liuoni
Pompa soli, certo tutum munimine
præstat.
Hic securus agis, &c.

Hæc

Hæc erat illa oratio, quæ recitata ~~et qui-~~ populo effusissimum risum expres-~~dem op-~~ serat, caloremq; meæ abruperat di-~~portunè~~ & cionis. Quippe opportunè ad lau-reatam plausum aus hæc aduolasse videbatur, vt Apostatae Bodöckero Vrbem ingredienti suum χαῖρε χαῖρε cucurriret. Et hanc quidem hilariatatis imaginem prima vocabuli occasio omnibus initio suggestit: ce-terum inter læta colloquia plures postea ioci eruperunt. Placuit multis salax volucris profugam à votis libidinē aptos schemate consalutans, quòd non ad Cybeles Sacerdotia properasset. Multos audita, dum clamaretur, REVOCATORIA ORATIO in memoriam vocis reduxit, quæ per omnes periodorum exitus gallulascere visa fuit. Erant, qui crederent opportunè contra infidias Adulteri nocturnum vigilemponi, aut regnum in sterquilinio portendi. Nonnemo manum ad versuum exemplum carbone intercā duxit, & tabellam nouæ Poëeos emblemmate impleuit. Ex suo ingenio addidit noctuas, quæ per lau-ri fo-

ri folia rostro agitabant epigraphen.

V A T E S I S L E B I E N S I S . Non poterat acutius efformasse Poëtam, qui calumnijs mendacijsque imperite versus deformat, & tamen cristas ad laurum erigit. Quamprimum vulgatum est extempore Pictoris acumen , quasi classicum alacritati datum fuisset , omnes sensim plateæ cachinnis sternebantur. Composito ad silentium auditore , prælectum est alterum præsidium, quod prouidit Poëta Bodöckero , ne à similitudinibus Lauri desflueret : id est, ostensus estrudens , quo ad furtiuam & ex segmentis aliorum concinnatam quercum . ceruices Bodöckeri alligauit. Verba sunt Poëmatis

Poëta
Alterā
simili-
tudine
posuit.

a Vir-
gil. Aen.
l. 4. u.
444.

Sed velut annosam valido cùm robore querum

Certantes Cauri nunc huc nunc flatibus illuc

Fortiter exagitant : it stridor inannis & altæ

Consternunt terram concusso stipe frondes.

Ipsa tamen sicut brupes immota resistit

b Aen.
l. 7. u.
586.

Fortius , & ventis circùma latranti- bus obstat.

Sicutu , L A V R E N T I , quoque stes, crepitusque Satanæ , Et strepitus fixæ contemnas robore mentis.

Mirabantur auditores fortitudinem Apostataz , quem inter Lutheranos alijs Satanas non oppugnat armis, quām crepitu & displosâ ventris tempestate. Alium fœtidus immanis catapultæ turbo lacerasset, aut exanimasset strepitus : Ille adeò robusti est pectoris, vt ad ipsum exhalationis Stygiæ positus hiatum, nihil ex animo demittat. Dignum tali militate bellum , sub iactu braccarum sedere , è vicino iacula pati ; & nihilominus omnia horribilis pugnæ tentamenta innoxie naribus excipere. Interim prodest victoria ad P R I V A T I spolia possessionemq; S P I R I T U S : & quò plures solutæ machinæ vapores hauriuntur , eò nobilioribus donis fumigatur mentis capacitas. Hac arte fiunt tumidi literarum ex suo sensu interpretes , & noua dogmata, velut vtres inflati,

For-

C

pro-

prolixè spirant. Iurares olido *sara-*
næ crepitu ad oraculorum prædica-
tionem inaugurarī.

Hæc tantum exposuit Poëmatis
Islebiensis mysteria. *Euphrasius*,
dum inæqualis venæ ridiculique in-
genij opus prælegeret. Similitudi-
nes autem, quibus Bodöckerus cum
Lauro componebatur, auditoribus
ex merito æstimandas reliquit. Ut
ergo ipse quoque Arborem inepta-
rum comparationum supplicio ab-
solueret, & Bodöckerum suis inter
frondes commodiùs erigeret ma-
chinis, inuitatus est. Ille in publi-
cè ostendendis malorum causis ac-
curatior, cùm breui silentio dicen-
di necessitatem ad indolem suam
reuoasset, in hanc sententiam dis-
seruit. Non affligam *L A V R V M*
soliùs infelicitate Bodöckeri. Non
ita adhuc ad omnem eius vitam per
secretos parietes perrupi, vt singu-
lis criminibus ramos singulos one-
rare audeam. Omnia potiùs Apo-
statarum ignominiam ferat hæc ar-
bor, quæ casta Parnassi amoenita-
te relictæ, in Islebiensis soli turpitu-
dinem

dinem transplantata est. Par ferè
est omnium ratio, quantum attinet
ad desertam religionis sanctitatem.
Et ego, si meos intelligitis sensus,
malo omnes, quām vnum veritate
offendere. Sic enim communis erit
fortassis utilitas, si non personæ v-
nius vitia, sed totiùs Apostasiæ cau-
sus in inimicitias suscepero. Et vi-
deo quidem non sūx spontis fore
orationem meam, quam ex infeli-
ci trunco cogor disponere, & fron-
dibus morari, liberius aliàs decur-
suram: sed hæc ingenij seruitute cor-
rigenda fuit Poëtæ licentia, qui Par-
nassiz genium syluæ extortis simili-
tudinibus Bodöckero conciliat.
Quām pigrè producit primam!

Prima
Delitet, inquit, *in Lauro generosi simili-*
spiritus ignis, *tudo*
Eius *& attritu ramorum flammula* *causam*
surgit. *aposta-*

Miser Poëta longo vocum, velut
bacillorum, attritu vix tandem in
versum flammulam intulit. Genero-
sius erat euasurum carmen, si depo-
suisset in pedes equestrem Plinij eloquentiam. Teritur, ait, *lignum*
ligno,

I. 16. ligno, ignemque concipit attritu, excipi-
Natu. piente materiā aridi fomitis, fungi, vel
bif. c. II. foliorum facillimē conceptum: sed nihil
hederā præstantius; quæ teratur lauro,
laurumque terat. Sed vt cunque rem
expressit, occinat per me licet A-
postatæ. IN TE LAVR VS. oc-
cinat & omnibus. Non enim repe-
riet aliquem facile, quem ad fidei
nouitatem obscoenus ignis non ex-
pulerit. Dum viriditatem pudici-
tiæ frequenti hederā fricant, petu-
lans flamma, quam quiete sopiu-
rant, motu accenditur, & propo-
siti honestatem exurit. Tunc sta-
tim floridum virtutum decus mar-
cet. tunc pietatis rigor, quem diu-
turna collegit sedulitas, infami fu-
mo languescit. tunc ieunia in gu-
lam, in mollitiem languescunt la-
bores: occultæ autem flammæ tam-
diu sœuiunt in votorum vincula,
donec, omnibus solutis, in nimis
libertatis aëra impotentem ejciant
malignitatem. Arripitur igitur lex
Lutheri, & præceptum plus quam di-
uinum, quo libidinis vsum necessi-
tati somni & alimenti aquauit, aut

tom. 5.
Serm.
de Ma-
trim.
fol. 119.

præ-

prætulit. Vagantur mox emissarij
titiones Baccho Venereque adusti,
vsque dum in Lutheri sectâ, omnis Altera
impuritatis foculo, siccā corri- simili-
plant materiam. Desiderium hoc
iuuat cupiditas opum, ingens ma-
larum mentium incitamentum. tudo
Quamuis enim pollicentur sibi à opū cu-
prostitutâ venaliq; loquacitate non pidita-
vilem fortunam: ex thalami tamen tem-
sacrilegio dotalem certius salutem
sperant. Nempe

Laurus ventura fert præscia signa
salutis.

Si sub puluillo Lunâ dominante locetur.
Postquam igitur vident paruum esse
Orationum Reuocatoriâ ad opes le-
nocinium; & vagabundam ostiatim
eloquentiam, frequentius mero à
Baccho, quam stipe à Mercurio æ-
stimari; ad aras Veneris configunt,
& vbique palpant, quanto faculta-
tum tomento sit farta promissio, ut
pretiosior libido in nuptias veniat.
At, ô inane tantarum cogitationum
pretium! quotus quisque paupere
pedisseparum seruitute sua vota
non prostrauit? quotus opulenta-

C 3

matri-

*Tertia
causa
apostasie est
ambitio
ex similitudine
Islebien
si dodu-
cta.*

matrimonia exuto pudore & fidē nō emit? quis è prudentioribus Sectarijs suorum vilitati Sacerdotiorum filias iunxit? & non potius horruit vehementer, ne in nepotum numero censeret, quem incœstus sacrificulum genuit? Ita fit, vt serò demum agnoscant suæ salutis, quam in opibus nocturnoquè Lunæ dominio posuerunt, signa metas somniorum non excessisse. Et ambitio honorum non exiguis viribus discessum à fide vrget. Ipsa obscuræ vitæ fastidia suam humilitatem perpetuò erigere nituntur etiam in illicitum apititum, & iuratis tenebris ostendunt per scelera lucem. Si accedat vera aut mendax ingenij opinio, & superba eruditioñis æstimatio, magis tunc etiam tædet priuatæ felicitatis. Donis naturæ crescit poenitentia subiectionis; & pro condemnatis ad equuleum accipitur, quidquid in vanum efferre non licet fastigium. Huic hominum generi honor domesticus seueritate disciplinæ, aut desperatione euiluit. Pudet amare, quod spes è vicino non lau-

Iaudat, Si eis laurum in dexteram porrexeris, quæ
--- habet virides æternæ frondes
(dis honores,
Perpetuumq; suis floret virguncula
(la ramis,

rectè ad morem sterilis ambitionis formasti. Nunquam enim anxias suas cupiditates honesto officiorum foetu implet: nunquam ingenio aut potentia foecundantur ad inuidiam usque. Magna sublimitas est, si permittat fortuna, vt in suggestu barbas ventilent; aut Lictor concebat ascensum crucis, è quâ furum animas in Stygem præcipitent. In conuiuijs extremos mensarum limites, humanitate, an humilitate terrunt: allocutiones assentatione ad præscriptum dominorum regunt: omnem sacri iuris potestatē seruitute dispensant. Tota intra domum est prærogativa; si tamen sinistro lateri meretricia vxor hærere velit, & in angustijs regnum exuli marito donet. At nemo hæc sola credat esse, quæ ex interuallo euentunt animorum claustrique religiosi san-

Quarta ctitatem. Quàm mulra sunt alia vi-
causa, & ipsis pectoribus inclusa ma-
aposta-
fia con-
temptus
mada-
zorum
diuino-
rum.
Quinta non tangunt horrenda tonitrua cæli:
Impae- ita illam cogitata fata suo terrore
niten- non fatigant. Si quæ interior lues
tis. in intimos se diffundit recessus, af-
fligitq; ex interuallo conscientiam,
obstinatio ad imponitentiam con-
fugit, & laborat

Sexta tabum fluidi depellere morbi.
impu- Et iam nihil aliud restat, nisi vt in
denta. signum victoriæ Impudentiam suā,
Apostata, tanquam

in signe triumphi
circumferat, & palam erroribus
sceleribusque incedat laureatus. Hæ
sunt præcipuæ totius Apostasiæ cau-
ſæ, quas in Islebiensi Lauro efflo-
ruiſſe videtis. Quàm verè omnia
hæc in vnum Bodöckerum conflu-
xerint, nunc demum sentiunt ipsi
Rigenſes laudatores. Pudet iam
Samsonium (si tamen aliquis esse lo-
cius pudori potest in eo, qui in pa-
rentum

rentum suorum impudentiâ vitam
incoepit) pudet tamen commendationis suæ, quâ a nullis laqueis car-
nalium voluptatum irretitum à nobis
desciuſſe scripsit. pudet Dantisca-
num Botsaccum male vestigasse b an-
helum impietatis igniculum: & Re-
giomontanos Ministros c honesta vi-
tæ testimonia dedisse. Iam enim ex
recentibus sceleribus agnoscūt, qua
fine in Lutheranam se præcipitaue-
rit voragine. Pudet denique Isle-
biensem Poëtam, quòd Furiarum
æstro percitus hominem improbis-
simum d egregijs laudum titulus super d in
æthera vixerit. Animaduerit iam, Poëma-
quàm miserrimè insaniuerit, cum te Isleb.
Laurum ei adaptaret, quam ne apud
ipſos quidem retinere potuit. Post-
quam enim constitit flagitorum e-
normitas, amotus est ab Eloquentiæ
docendæ ministerio turpissimus
Neophytus: quod vnum occupa-
tionis genus inter Lutheranos in-
uenerat. Credant iam, per me li-
cet, mentienti inter nos spem ho-
norum, qui honestè Rigensem pæ-
dotribam agere nesciuit. Vtinam

potius aliquando occurreret auditoribus, sua ipsum portenta narrare, quoties Catholicorum crimini-
bus se ad Lutheranos expulsum finit! Parabat *Euphrastus* ambitio-
sius suam dictionem claudere, cum
populus, quasi Bodöckerum coram
intueretur, clamore multo menda-
cissimi Poëmatis versum, veritati
sexies vindicauit.

IN TE LAVRVS habet similem
Parnassia laudem.

Ego iratissimus pudicam arborem
similitudinibus ad Bodöckerum re-
latis prostitutam fuisse, multum
indignabar. Commodoirem esse
putauit *ALNVM*, cui compara-
retur. Est enim arbor *a infelix*, dam-
nataque religione, quæ neq; scriitur un-
quam, neque fructum fert: quid de
Apostata inutili, infructuoso, diris
percusso dixeris accommodatius?
b *Plin.* *b* *umbra ei pinguis, sed pascens sata:*
17. c. quid libidinoso fœcundoque futu-
ro Pastori aptius inuenieris? *c non-*
12. *nisi in aquosis prouenit: quid ei con-*
16. c. *uenientius applicaueris, qui ad hu-*
18. *midarum feras arundinum descivit,*
ijisque

ijisque se iunxit, qui aquosa obam-
bulant, & Epicuri de grege porcos
precipitant in mare. *d* *Folia crassissima d Plin.*
alno: tegit certè & Bodöckerus suā *1.16. c.*
fugā excusationibus, sed crassis ni-
mūm. Non vanam fuisse meam o-
pinionem ostendit *LAVRENTIVS*
in literas solutus, qui facili elemen-
torum transpositione in hoc ana-
gramma exiuit. *ALNVS VIRET.*
Anagrā
mator-
Parnassiam igitur impudentissimo
Poëtæ Islebiensi LAVRVM eri-
pui subitis versibus, & ALNVM mutatā
porrexī, vt Bodöckerum in eam in Al-
erigeret. *Lauro*
num.

Læsum fatere oculum, calente quem die *Male*
In falsa Phœbus dissipat, *per ana-*
Rerumq; lusu frangit, & spectra exhibet *gram-*
Aduersa vultu non suo. *ma &*
Cæcutit, humanæ cui formæ ambulant *nomen,*
Celsarum ad instar arborum: *est in-*
Magis sed ille, quem male aspectus viror *spectus*
Ad nomen externum trahit. *Bodöc-*
Cui spina Cedrum fingit, ornus populum, *kerus à*
Ficum larix, palma ilicem. *Luthe-*
Delusit his pupilla fallax fraudibus *rani.*
ISLEBIENSEM Bauium.

Per nubilas ille intueri lachrymas.

Vanique vitrum nominis

Ausus, recente floridum piaculo

LAVRO intulit LAVRENTIVM.

O impotens cœli, solute luminum,

Phœbiq; Vates degener.

Agnosce pinguium virorem criminum,

Vmbramq; vitæ sordidam,

Mentemq; inanem fructuū, & nocentibus

Scenam execrandam moribus.

Tunc, si placebit Sylua pro vocabulis,

Fatale lignum feliges,

Dicesq;: Bodöckere, L A V R V S marcuit

I N T E, at lutoſa A L N V S V I R E T.

Laurus, At Euphrastus L A V R V M in no-
cui cō-
paratur mine retineri sine iniuriā posse dixit.
Bodö-
kerus, Nihil eam habere cōmune cum Par-
dicta est
à Poë-
ta Par-
nasia. nassio Apollinis monte: Parnastā voca-
ri, detracto alterius striduli S. blan-
dimento; aliamque esse quampiam
Musarum voce exsibilatam. Quodsi
putatur ad radices bicipitis cliui ex-
creuisse, satis suo se prodit adulterio
degener truncus, cui, ne ad æqualem
cum cæteris felicitatem assurget,
hellebore fatuorumq; fruticū com-
mercium humorem abstulit. Licere
& in furtum referre hanc literæ indi-

gen-

gentiam, quò per insidias emedul-
lata est proceritas, vt tenuior in-
pingue carmen inferretur; & occul-
tatione densioris sibili Anserem in-
versuum fabricā nesciremus. At e-
nīm Olorem se fateri non poterat
strepera garrulitas. Ultima Poëma-
tis oratio est.

Eijce, disijce, projce, reijce, disq; - sifato.

Ecce postquam inertī alarum pon-
dere lassauit impetum, in ipso anser-
inæ imbecillitatis indicio, fracto
per geminum sibilum anhelitu, fœdi-
simè exspirauit. Lætus ego his Par-
nassi vindicijs quæstionem inter e-
ruditos proieci, cui nemori debe-
retur L A V R V S A N A G R A M-

Quali
Lauro
MATICA. Multi illam statim per
varios facetè deferebant lucos, illa-
turique erant in plures, nisi Eu-
phrastus ingeniosum itineris labo-
rem Plinij ductu occupasset. In eo-
dem, ait, tractu (nempe in Ponto
circa Heracleam) portus est Amyco
Bebrycum Rege imperfecto clarus. Eius
tumulus à supremo die lauro tegitur,
quam Insanam vocant: quoniam si quid
ex ea decerpsum in seratur nauibus, iur-
gia

l. 16. c.

44.

*Divisi
Luthe-
rani à
Catho-
licu
beriūs
inter se
dissen-
tiunt.*

gia fiant, donec abiciatur. Germana illi, quæ infame Lutheri sepulchrū velut trophœo integit. Illata quidem in nauiculam Petri, prolixis eam litibus agitauit, sed eorum ingenio, quos recepta dementauerat: & agitasset diutiū, nisi tumultario in nouum lintrem excensu secessissent. Ibi demum infinita contentionum rabies diuersis te Sectis concusſit. Centum capitibus dicuntur iurgia progredi. Videbantur *Augustanae Confessionis* coiuisse concilia bulo: sed in plures statim inuita concordia discep̄ta est sententias. Durat adhuc de libro quæſtio in gens, penes quem sit vnamis amētiae auctoritas. Tueantur se sānè vno isto, vt cunque placet, nomine: diuersis pugnant Vrbes ac Prouinciæ codicibus. Nec speret quisquam fore quietem animorum aliquam, dum feralis arbor, cui Lutheri Manes infaniam infuderunt, gubernaculum fecerit. Eiusnè scripta rixas sopiant, qui vnicā definitione plures producebat in bellum contiouersias? Ingenuam retinemus adhuc

adhuc querelam. *Vix vnum os Dia- Florib-
oli obturo: Ecce decem ille alia ape- mund.
rit.* Nec modio quidem ſalis fanci- Rem:
re potuit cum Auerno, aut ſecum o- pinionum foedus. Inde erat, vt edi-
cta ſua ad frequens reuocaret conſilium, & inconstantiā ſuam noui-
tatem corrumperet, aut immutaret.
Abijcite miseri infandum ſeditionis pignus, neque viriditati iſti vestræ credite. Fallit vos potentibus ani- mis florida conſpiratio: fallit in ſpeciem eruditio[n]is excitata *Laurus*. Quis illius vmbra pro præſidio ha-
buit, & non ſimul in diuerſas refri-
xit falſitates? quis à patrocinio, ve-
lut ab vmbra taxi, virus non duxit gelidiffimum, quo omnis pietatis feruor extinguitur? Familiaribus his inter concertandum facetijs in- terfuit *Callirous* ignoti vultus, & moribus non ſatis ad noſtrā conſuetudinem exactus. Oculis in læ- titiam ſerenatis crebriūs erumpere velle videbatur ad notitiam noſtrā, & exteriore ſpecie ſpondebat no- uam pluribus sermonibus materiam. Ne familiaritatē ſuam violentiore auda-

audaciā nobiscum cōmitteret, præueni hominem, & brēibus de patria, genere, officio quæstionibus ad congressum perduxī: quibus omnibus cum facundē fecisset satis, subiunxit recens peractæ confabulatiōnis argumentum sibi esse exploratissimum; habereque se in promptu alia L A V R E N T A L I A . (sic Lussum in L A V R E N T I O anagrammaticum vocitabat.) Sed Euphrastus antiquitatis mysteria in hāc voce hārere arbitratus, ad Accam Laurentiam suspicione deflexit. Accēpit Faustulum in Bodöckero, quōd Pastoris munus toto animo agitaret, repertosque à se fabularetur in Augustanā Confessione primos sanctioris Romæ auctores. Is verò quomo^ddo fine Laurentiā diu esse posset, non satis intelligebat. Prostituto enim pudore videbat fidem Lutheranam esse apud se nutriendam, vt pote sacrilegam Sylua^e prolem & Lupae alumnām, vt edictis syluestribus ac lupinis efforatam, paululūm vberum humanitate temperaret. Non permisit Callirous iocorum al-

legoriam diu procedere, fidelem se fore suæ dictionis interpretem pollicitus, si pateremur: nos verò etiam rogauiimus. Ille ita locutus est. Iam Oratio Revocatoria Bodöckeri in plurimis extabat exemplaribus, cùm ultimam plagulam, ne inani puritate Lectori imponeret, elogijs Bodöckeri esse absoluendam Samsonius Supremus Ministrorum Rigenfum Pater proclamauit. Non esse quærendas ad eam rem virtutes, quarum in Proselyto non minus honor est impossibilis, quam Apostacia. Non esse inspiciendum animalium aut corpus, quorum ille ignotis dotibus, hoc dubijs signis nihil laudabile pro Domino loqueretur. Raperent potius trium nominū suppellectilem, & inde scribendi materialim impetrarent. De Ignatio quod nomen habebat Bodöckerus ex Confirmatione, facilè constitit, non esse in elementa seorsim dispergendum, non, si quid eximium prōdiret, Loiolæ mensis hosti Lutheranorum acerrimo quisquam deberet. Adhæc multum in hac voce Ignis latere, nec posse in

Tria
nomina
Bodöckeri ve-
xarunt
Mini-

Impri-
mis Ig-
natiij
Marty-
ris no-

Sed in-
epo-
versu.

literas velut *in scintillas* dispersam, securè tractari: multis *Gnatis Dei* esse plenam, quorum *Societas omnibus Sectis* formidanda semper extitit. Versum potius facili opere cuiderent, qui coetaneo Apostolis *Ignatio Bodöckerum* componeret. Sed non permisit se diu ardens argumentum tractari. Alter igitur versus terminatione præcipiti ac gemebundâ exiuit, cùm se in feroore ad interualla frigoris dextra adusta reciperet: in altero ultima calidissimi nominis pars abijci debuit, quantumvis alternis manibus subfultim celierrimè ferretur. Aduertite ipsi ita se rem habere, dum recito

*Martyris hoc nomen monitum tibi
subiicit, ut sis*

*Æmulus IgnatI nomine req; simul.
Ne perusti digiti exuerentur vnguis-
bus, aut dolor leuamine careret, ra-
puit Samsonius elaboratum Docto-
ris Lutheri manu vnguentum, & co-
piosè per articulos Poëtarum dis-
pensata sanitatem, reliquum ipse ex-
volâ suâ suauissimè exsuxit. Tunc
ex lauigata osculis labiorum parte*

ali-

aliquot guttæ in versus dictos teme- Poëta
rè ceciderant. Grauissima ea omni- altera
bus visa est legendi illecebra; meri- ex Diuī
toque timeri cœpit, ne pessimè o- Ignatijs
lentis Elogij molestia vomitum aut dixit
nauseam prouocaret. Consilio igitur esse Sa-
communi decretum est, vt ad ver- tana
suum marginem tumulus erigeretur excre- excre-
mentū. his verbis inscriptus. Intellectum hic quares
nolo excrementum Satanae. Profuit ali- fecit
quid adscriptio ad fucum, nihil ad sordidae
fensiū ingenijque fallaciam. Nam carni-
qui conditam eruditionem vicinioribus carni-
naribus explorabant, visi sunt na.
à paginâ recedere in morem Caci,
cùm auersus obnitentes boues cau-
dā in antrum raptaret.

Bona ventura deinde appellatio, Bona-
quam Bodöckero religiosæ insti- uetur,
tutionis consuetudo imposuit, ad alterū
solam anatomiam simplicem da- Bodöc-
mnata est. Ad laudem satis e- keri no-
rat in nomine conspexisse Bona men,
Ventura; quæ pollicitatio ex naturæ in lau-
fortunæque indicijs nulli in spem dem it-
occurrebat. Nulli interim vocabuli lius di-
innocentia suggestit per oraculum in hominem non suæ ap- uisum est.

1. 4. de
prout.

Bona
mere-
trix pre-
dicitur
ventura
Bodöc-
kero ad
scelerā.

Lau-
ren-
tius, ter-
tium
Bodöc-
keri no-
men per
anagrā-
mata
lacer-
tur.

pellationis peruenisse. Legissent vti-
nam Saluianum, cuius cautela circu-
fertur. *Reatus imp̄ est pium nomen. an*
& legiste putandi? quia turpe *nominis*
adulterium meliore diuortio seposue-
runt, vt apud Apostatam nullus esse
sciretur cum Bonitate nexus *Venturæ*
felicitatis. Factum tamen fuisse cō-
modius, si Nominis lanienam in mu-
lierem, quam Bonam veteres dixerē,
effæminassent. Hoc enim volebat in-
famis ad Lutherum secessus, vt pro-
fugo huic Fauno anus ebriosa in nu-
ptias, obuoluta vini amphora in ado-
rationem pro Numine veniret.

Cū aliquantulūm in vanā sylla-
barum sectione hæsissent, primarius
inter Sectores, quāmdiū, inquit, ad-
iectas has voces multumq; Catholi-
cas eneruabimus? Nihil in nostro
Neophyto est, præter tantarū appella-
tionum phantasmata, in quæ vtē-
riū s̄euire temerarium est. Cur non
potiū iam Laurentius ex lustralibus
aquis in catastam accipitur, & grati-
fima Luthero victima immolatur?
Dictum, factum. Nomen statim cru-
delissimis distinctum est gladiolis,

penè præ gaudio dissilientibus ele-
mentis, quòd in infamiam perditif-
simi Apostatæ possent ex merito cō-
currere. Mirari ipsi satis non pote-
rant *Flamines Laurentales* pertinaciā
literarum. nullam laudem compo-
nere volebant, quamuis ex Lexico in
singularū vocum spem per tormenta
citarentur. probrum autem ipsa
fortuita commotio variabat copio-
sē. Ego curiosus obseruator, quid-
quid inani industriā prodijt, excepti
in tabellas, & postea lerido carmine
exornaui. Primus in pluribus vocu-
lis pangendis sedulus, sorte eduxit
pestem cum omnium stupore aliò
abeuntem. An Lues ruit? quām be-
nē, docui.

Iam Bodöckerus sacro demotus ouili,
Ad Stygias gressus extulit exul aquas.
Non potuit meliore loco deponere virus.

Ambigis? in cœlos An ruit atra Lues?
Pari facilitate de eodem, quasi nau-
fragium euadere cuperet, irritum
eduxit oraculum. VVLT IS NA-
RE. Sed versu demersi rursùs re-
belle caput.

Prius in
plures
voces.

1.
anagr:

2.

penè

D 3

Quanti

Quantī se glomerant commoto gurgite
fluctus!

Perfida quām tristi vortice secta fre-
mit!

Debetur tempestati Laurentius isti:
Iratis illum fluctibus vnda petit.

Vultis nare quidem; sed tantæ brachia
moli

Desunt in Stygias pondere nabit aquas.
Leuiter traectis quibusdam ridicula
emersit inuitatio I. VULT NARES.
Quis sordidissimo Apostatae delica-
tum sensum deberet, explicui.

Perfidus heu tumido vesana pectore tabe
Bodöckerus alit. iam se disrupta soluto
Explicit nimbo sancte, fluxit q̄ pudendo
Heu nimis infelix animi de vulnere pestis.
Hac corrupta iacet diuturni Cura laboris.
Formosusq; Pudor, castæq; Modestia men-
tis,

Et quidquid viguit constrictis nobile Vo-
tis.

Talis Auerinali consurgit anhelitus vndā,
Lernæq; lacu, volucru cūm subruit alas,
Et tristi sternit morientia prata vapore.
Quo sint digna loco tam spurci nubila
fumi

Hæresis explorat, taliq; agnoscit odore

Bo-

Bodöckum esse suum. ne p̄aevartaris
ab ullo,

I. Samson. Vult ista tuas cōtagio Nares.

His dictis Callirous substitit, vt in-
eam rem aliquas à nobis facetias lu-
craetur. at nos ad auscultandū pro-
pensiōres, officiosiū inuitauimus,
suam vt narrationē finiret. Faciam
verò, inquit ille. sed ne oratio proli-
xè excurrat, anagrammatiis duntaxat
cogitationes meas adiungam. Nam
vt emblemata, quæ singulis po-
stea acciderunt, recenseam, hac vi-
ce me adduci non patiar. Alter rigi-
tur ex Laurentiis Mystis in cele-
bri nomine sterilitatem virtutū mi-
ratus, propemodum plausum aliorū
gemina-
nas vo-
iam desperatione depositar. Ere-
ces coa-
etus tamen à Sodalibus in melioris

*Postea
Laure-
tius ad
gemi-
nas vo-
ias coa-
etus*

spei occasionem, si in nomine vno
non plures gemellis vocibus quæ-
reret, anxie se in puerilem solici-
tudinem abiecit. Lepida mox in ri-
sum veritatemq; nata sunt anagram-
mata. Quid illo verius? LVNÆ RI-
TVS. Siue enim à Patre lumenum
Soleq; iustitiae DEO profugit, vt in-
terposito terreno amore se compo-

D 4

neret

2.
Lira
signifi-
cat &
fulcum
& nu-
gas.

in Cal-
uno.

3.

neret ad æternam eclipsim : siue ve-
nefico Lutheranæ licentiæ rhombo
de Catholico cœlo detractus est : si-
ue à stellarum consortio abiit, vt in-
ter Hæreticos obstetricem anima-
rum *Lucinam*, in Inferno *Hecaten* a-
geret, discessu hoc Bodöckeri ex-
pressus est *Lunæ ritus*. Quid sincerius
isto? VENVS LIRAT. Hæc enim
lasciuum Apostatæ agrum lirauit, vt
in lolium sterilesq; auenas vberius
viresceret. Emicuit de nomine &
illa Venerea lira, quæ ab Orthodoxo
pudore diuisit ; & illa, quæ ad nugas
dimisit & fescennium. Ut paulò post
plura adhuc, quasi luxurians ager, in
lucem proferat, quod horreant au-
res, iam *Venus lirat*. Moneo, timeat,
ne aliquod lilyum in fulcato dorso
crescat, quale *Venus* in delirante al-
tero Hæresiarchia lirauit. Quid illud?

VENTILARVS. an non indi-
cat buccas illum blasphemij, velut
folles aere, impleuisse, vt obsoleta
priorum Apostatarum exempla suis
recentibus ventilaret. I prodige,
spiritus perniciosi, & rus, quod ex
stiluem contraxit, pestifero anhe-

litu

litu commoue, vt tuâ ventilatione
turbulentâ ruinam acceleres. Illud
quoq; planè explicat Apostatæ pro-
positum & consuetudinem. VER-
NA L VS IT. Quid aliud à seruili
ingenio sperari potuit, quam fraus
& technæ? Timete perduelle man-
cipium. *Verna* hic sacrum ordinem
eiurato sacramento lusit : & vos lu-
det nequitij, lusit nostra florida
*verna*que fidei tempora sterilitate
virtutum ; & vestra fœcunditate lu-
det vitiorū. Omittitur à me NER-
VVS TALI, qui de nomine per li-
terarum sectiones eneruato extra-
ctus est. Primo enim aspectu cogni-
tum est, non venisse Bodöckerum
ad Lutheranos, vt stabiliret fidem,
sed vt *neruosum* efficeret *talorum* ia-
ctum, fortunamque suam *Venere* ad
felicem admissionē projectā emen-
daret : aut verius, vt firmaret *talos*
ad contumaciorem Auerni ingres-
sum. Non est timendum vt *Neruus*
belli esse contra nos possit, qui *ner-*
uos tali fuit ad fugam à nobis. Pro-
perauit, vt videtis, breui difficultum
anagrammatum, commentario ad

D 5

alios

*Laurē.
sua po-
stremē
in vñā
vocem
anagrā
mate
est com-
pulsus.*

1.
2.
3.

alię Nominis Tortores, qui cū suos labores spectatorum sannis ex- cipi viderent, ne fastidio deseruisse viderentur literas, elogiorum natales, in vnam vocem totum Laurentium coegerunt. Illa VIRVLEN- TAS statim apud se & Apostamat exhibuit opiniones, & VULNE- RATIS accessisse, vt peiore pericu- lo per ampliora periret vulnera. Ita & hospitem & seipso turpissimo in- uento peregerunt. Celerrimo syl- labarum motu paulò post fortuitum quidem, sed celebre prodijt enco- mium, placuitque visus ab omnibus fortunatissimus in Laurentio LVTE- RI ANVS. Quasi totius infelicitatis lusum fortuna compenſaret, hoc successu ad choreas profiliere, & quarebant oculis Rigenses Musas, ad subsiliendi societatem. Nescio quis per iocum, vanam reprehendit in ipsis initijs lætitiam. Agite, in- quit, Patres Salij; non dabit noster Parnassus Virgineos vestræ vxoriæ hilaritati choros: præsertim, quia vestra agilitas iam parem accepit ad plaudendum sociam. Ecce, cuique vestrum

vestrū in ludicro hoc anagram- mate, si vocis solueritis connubiū, adstat Saxonica Nympha, effæta ea quidem, centum annis rugosa & exsuccida, sed tamen LVTERI ANVS. Eam vteunque placet in orbem pertinaci ducite volumine, vt in capita plus deriuetis vertigi- nis. Sæculo illam vno præsultores vestri agitauerunt; vos iam emor- tuam facilius excipite, osseamque statuam: insaniā recenti animate. Memini me audisse postea choreas has Doricis modis cantatas. Non eiusdem sectæ hominem falsa ioco- rum libertas prodidit in iras; & quia negotium scribendi in armamentario Bacchi agebatur, iam pro- pinanda poculis vulnera promitte- bantur. Ille temporis hilaritatem, defensioni suæ opposuit, &c, vt erat ex tempore acutus, malevolentiam facetijs operuit. An, ait, mihi quo- què in tantis celebribus Sacris esse, non licet usque ad securitatem læ- to? non recreare vietam Anum, quam laboriosa sedulitate in lucem ex o- paco nominis Laureto eduxistis? No- mi-

Luthe-
rus.

minorem peto licentiam, quām ve-
strarum opinionum Rex præscripsit,
cuius nobiles *Symposiaci loci fidem*
nugis miscuerunt. Honestati potius
meæ debetis, qui suaui mulieris ridi-
culæ significatione dedecus texi. Si
hunc (monstrabat Islebiensem Poë-
tam) qui summo leporem hunc arti-
ficio reperit, sequeremini, nescio
an nouā veneratione ora vestra con-
secreare velletis. Fortassis horroreali-
quos reijceret ab osculis expositus
LVTERI-ANVS, quos eiusdē *Anus*
grallis in saltum producta ad saltum
excivit. Mystæ non ausi in Lauren-
talibus bacchari, & urbanitatem pu-
nire furore, plura dicturum mensæ
innixi destituerūt. Grauis videbatur
mota fuisse quæstio, an ambiguā lau-
de plaudendum esset, & eā quidem
tali, quæ tantum de *luto*, quanto de
Lutero haberet. Quidam volebant, vt
LAVTERINVS potius in gloriam
Bodöckeri substitueretur; memores
in multipli sui Beati Doctoris no-
menclaturā caput tenuisse *Lauterum*,
Erat cui **LAVETRINVS** placuit,
apto ad *luterem* respectu, & ad illam
Eccle-

Ecclesiæ munditiem, quām suo *luto*
lauit *Luterus*. Nescio, Euphrastus sub-
iūxit, quomodo ex hoc cœno emer-
gent tui Flamines. Iam, inquit Cal-
lirous, educet illos in siccum *Samso-
nius*. Hic enim indignatus hospitem
pessimè literis torqueri, ingenti sus-
pirio nomen affluit, vt turbaret o-
mnia. Sed solum I. ex ordine cessit.
Islebiensis Vates ceteris sagacior ce-
lerrimè aspirationem Samsonij in lo-
cum extrusæ literæ substituit. Ita no-
bili errore ex *Laurentio LVTHERA-
NVS* emersit. Recito carmen, dignū
quod Danaidum cribro inscribatur.
Quid Bodöckerus modò sit LAVREN-
TIVS, optas Carmē
Scire? LVTHERANVS nomine Islebi-
versus erit. enfe.

ret *Lutheranus*: & quod ex fonte lus-
trali Christi erat, deponendum: op-
portuno satis inuento, quod etiam
sancta vitæ initia redacta sint in infe-
lix Apostasiæ præfigium. Inuolutum
erat sacræ nūcupationi sceleris istius
portentum: illi literarum transposi-
tione euoluerūt, & quantum lateret
sub *Lauro* monstrū docuerūt. Vtique
non fecissent cōmodè, nisi *Iesum*, qui
in *Laurentio* initiū sui nominis **I.** ha-
buit, spiritu sacrilego exspirassent. H.
interim, nigerrimū Spiritū priuati
elementū, & perniciosus Stygij Prin-
cipis famus in appellationem inclu-
sus est, vt sciretur, quo turbine infla-
tus hic vacuus fidei vter obfideretur,
mouereturquè. Nam nisi hæc mens
Auctoris fuisset, non vtiq; tumido o-
ris flabro literā salutarem efflauisset,
vt Apostamat faceret. Plura in hâc re-
nec ego suggerā, nec vos loqui per-
mitto. Si Aduersarij modestam ad-
huc reprehensionem odio prouoca-
uerint, excurremus apertâ narratio-
ne vberiūs; & quæ dignissimo risu
explosimus, æquissimâ irâ
oppugnabimus.

* * * * *